

*B. C. D.*  
COLLEGII FEVDALIS  
AD  
*B. STRYCKII EXAMEN JVRIS FEVD.*

28<sup>b</sup>

CAP. XVII.  
DISPVCT. VII.

DE  
**SPECIALI JVRIS FEV-  
DALIS ALTERO**  
RENOVATIONEM FEVDI  
ET LAVDEMII PRAESTATIONEM NVNC  
TRACTANTE  
IN ALMA NORICORVM

P R A E S I D I O  
<sup>SVR</sup>  
D. HENRICI HILDEBRANDI  
CONSIL. NORIC. ET PAND. P. P.  
PLACIDAE AUDITORVM DISQVISITIONI  
PROPOSITA  
AD. XIV. CAL. SEPT. A. O. R. cIa 15ccxv.

A  
IOHANNE WOLFGANGO TEXTORE  
MOENO-FRANCOFVRTensi, Phil. & LL. Stud.

---

ALTDORFI  
LITERIS IODOGI GUILIELMI KOHLESII, ACAD. TYPOGR.



THESIS I.



Ecundum negotium feudale  
constituit Feudi in successo-  
res devoluti Renovatio ,  
Laudemii præstationem ple-  
rumque concomitantem ha-  
bens ; die Lehns - Verneuerung / Muthung  
oder Folge / quæ est primæ Investituræ , mu-  
tata domini vel vasalli persona , confirmatio,  
vel ex alio certo tempore conventa repeti-  
tio. (a)

(a) Stryck. *Exam. Jur. Feud* c. 17. qv. 1. §  
qu. 27. Horn. *Jurisprud. feud. Longob.* c. 17.  
§. 1.

Th. II.

Hæcce Feudorum redintegratio utut Feuda  
non amplius sint precaria nec ad personam  
vasalli ceu olim restricta , sed transitoria in he-  
redes ejusdem capaces , tamen in recognitio-

A 2 nem

nem dominii directi , & devotionis atque reverentiae a Vasallo debitæ tesseram ea hodie semper necessaria habetur , (a) etiamsi clausula : daß der Vasall der Lehen / so oft sie zu Fall kommen / gebührende Folge thun solle / literis feudalibus non inserta , nisi ejusdem petitio vel pacto vel moribus provinciae extet remissa . (b)

(a) Struv. *S. F. cap. 10. aph. 1. n. 1.* § 2. (b) Lud. vwell. *synops. Feud. c. XI. Tit. in S. L. R. cap. 25. §. 3. 4. § seqq.* Horn. *c. 17. §. 1.*

## Th. III.

Mutato domino vel morte , vel alienatione , vel divisione inter cocondominos , omnium horum successorum quidem recognitio , coniunctim vel unin nomine omnium , der die Lehnische Hand hat / & Episcopo vel Prælato mortuo , aliquo que inter annum & diem non electo , apud capitulum est facienda , sed præstatio jura menti a parte vasalli non semper venit subeunda . (a)

(a) Struv.

(a) Struv. J. F. c. 10. aph. 2. n. 2. § 3. Titius in §  
2. N. c. 25. §. 6. 7. § 8. Maurit. posit. feud. dec.  
10. th. 7. Horn. c. 17. §. 10.

## Th. IV.

Mutato vasallo, morte, alienatione, divisione, vel feloniam, hujus successores omnes, quales etiam & quot sunt, renovationem feudi petere, & fidelicatem jurare quidem tenentur; sed pro indiviso investiti partem aliorum acquirentes, æque non jurant, ac ex alienatione succedentes, utpote qui magis novam investituram, quam repetitionem prioris impre- trare censemur. (a)

(a) Struv. S. F. cap. 10. aph. 3. Titius in §.  
2. N. c. 25. §. 9. § seqq. Horn. J. F. c. 17.  
§. 12.

## Th. V.

Isthac mutatione domini vel vasalli eveniente, non minus simultanea investiti in eis locis, ubi eorundem coinvestitio invaluit, hanc

A 3      reno-

renovare opus habent , müssen in oben ange-  
zogenen Fällen / dadurch die gesammte Hand-  
zerbrochen / dieser Folge thun / und dero Mit-  
belehnshafft erneuren / nisi vel placitis loco-  
rum excusentur , vel meri solummodo exspe-  
ctativarii sint. (a)

(a) Tit. in T. L. X. c. 25. s. 14. 15. & 16. Struv.  
S. F. c. 10. apb. 3. n. 7. Horn. J. F. c. 17.  
§. 5.

## Th. VI.

Licet feudi renovatione , die Lehns- Mu-  
thung / oder Suchung der Lehns- Folge / liter-  
ris sub denominatione , des Ansinnungs- Zet-  
tels venientibus , decenter ab ipsomet vasal-  
lo , vel ejusdem mandatario , aut pro vasallo  
sive vicario universitatem repræsentante , pe-  
tita ; huic petenti testificatio quædam ein  
Muth- Schein / plerumque detur , & a do-  
mino feudi terminus etiam , longe post an-  
num & diem demum existens , huic renova-  
tionis

10177 180

tionis & juramenti præstationis solemnitati literarum feudalium expeditione absolvendæ rite præfigatur ; hujus tamen petitio & finalitatis oblatio , ne vasallus jure suo cadat, præcise intra annum & diem , in feudis mediatis quidem ad mensēm usque benigne ex-currentem , sed in Feudis Imperii & imme-diatis , intra spatiū annum non excedens, eandem suscipiendam quidam autumant, (a) sed benignam istam aliis feudis indultam exten-sionem nos hisce feudis æque non abscisam verius judicamus, (b)

(a) 2. *Feud.* 25. 24. & 22. *Ord. Imp. Regimenti de Anno 1521.* §. 4. ibi : Nach Verscheinung des ersten Jahrs. Tit. in S. L. R. c. 25. §. 20. Struv. S. F. cap. 10. aph. 7. n. 1. & 2. Maurit. dec. 11. tb. 5. & 6. (b) Horn. *Jurispr. feud. Long.* cap. 17. §. 14. & 16.

Sicuti autem jure feudali communi terminus renovationi petendæ præfixus , invito vasallo

vasallo a domino minui non potest , der  
Herr kan dem Mann durch sein anbieten  
die Zeit des Jahres nicht brechen / nisi de jure  
Saxonico ; ita nec prorogari iste potest nolenti .  
bene tamen consentienti & id postulanti , qui  
idcirco accipit indultum , sive literas peti-  
tam dilationem sibi concessam testantes , ei-  
nen Indult - Schein / etiam in feudis Impe-  
rii. (a)

(a) Maurit. *dec.* 11. *th.* 2. § 3. B. Stryck. *cap.*  
17. *qu.* 17. *ibique* Wintziger. Anton. *Diss.* 8.  
*th.* 9. Horn. *J. F. c.* 17. §. 14. Itter. *de feud.*  
*Imp. c.* 11. §. 7.

## Th. VIII.

Quanquam equidem analogia Juris feuda-  
lis disconsentaneum haud sit , ut & dominus  
petitam intra annum investituram sine justa  
causa vasallo denegans sua proprietate cadat ,  
tamen amissionem feudi , etiam Regalis , ob  
neglectam intra tempus memoratum reno-  
vationem , si alia culpa non adpareat , non fa-  
cile

33(9)80

cile , sed facilius condonationem hujus cul-  
pæ , sub mulcta quadam dictata , cumprimis  
in feudis vulgaribus obtinere , observantia te-  
stis est. (a)

(a) Ludvwell. *Traſl. synopt.* cap. II. p. 237. Maurit. dec. X. pos. feud. tb. 6. Struv. S. F. c. 10. tb. 11. Horn. *Jurispr. feud.* c. 17. §. 17. & 18.

Th. IX.

Varias tam respectu domini quam respectu  
vasalli superesse causas a dicta amissione feudi,  
æque ac a mulcta se excusandi , hasque in-  
ter absentiam , mortem , litem , infantiam ,  
aliasque ; (a) sed successori vasallo feu-  
dum intra annum renovaturo mortuo , idem  
tempus legale , & non duntaxat id quod re-  
liquum erat , concedendum verius autuma-  
mus. (b)

(a) Anton. *diff. feud.* 8. tb. 4. & 5. Struv.  
S. F. c. 10. tb. 10. & 11. Maurit. dec. XI.  
tb. 4.

B

Th.

## Th. X.

Laudemium majus sive pretium domino  
feudi a novo successore, in casu supra memo-  
ratæ mutationis & renovationis solvendum,  
das Lehngeld / Lehnwahr / oder Handlohn / ut-  
ut jure communi in emphiteusi solum, & non  
in feudis sit receptum, quibusdam tamen inlo-  
cis, sednon in omnibus, etiam ad feuda, mori-  
bus & specialibus sanctis duntaxat ejusdem ex-  
actionem peculiariter putamus extensam. (a)

(a) Titius in *S. L. R. c. 25. §. 28.* Struv. *S. F.*  
*c. 10. aph. 12. n. 9.* Frantz. de Laudem *c.*  
*10. in pr.* Horn. *J. F. c. 17. §. 21.*

## Th. XI.

Etsi quidem laudemium majus in feudis  
vulgaribus regulariter hodie semper obtineat,  
in feudis autem nobilibus non ubique, imo in  
feudis Imperii id plane non exigatur; nihil.  
seius tamen laudemium minus in feudis  
omnibus cuiuscunque generis, etiam Imperii,  
die Lehn-Briefe aus der Reichs-Canzley zu  
erlö-

(11) 150

erlösen und den Lehn-Tax zu entrichten / solis  
Electoratibus exceptis , sibi locum vendicare  
judicamus ; (a) quamvis ab hoc die Ange-  
falls-Gelder / differre non negemus. (b)

(a) Aur. Bull. tit. 29. Struv. §. F. c. 10. apb.  
12. Stryck. c. 17. qu. 27. & 28. Bejer. ad  
Schnob. *disp. feud.* V. th. 29. (b) Horn. J. F.  
c. 17. §. 20.

### Th. XII.

Pariter præstatur laudemium minus , tam  
mutatione a parte domini , quam a parte va-  
salli eveniente ; sed majus non nisi mutatio-  
ne quoad vasallum , permutatione , dona-  
tionē , translatione feudi in extraneum , testa-  
mentaria intercedente , imo multis in locis  
hodie , mutatione ejusdem successione quo-  
que , & omni tali a parte ipsius domini fa-  
cta , istud laudemium obtinere a collaterali-  
bus solvendum , sed ad descendentes vasal-  
li , non nisi speciali jure recepto porrigen-  
dum. (a)

B 2

(a) Struv.

(a) Struv. S. F. c. 10. tb. 13. & 14. & seqq.  
Horn. J. F. c. 17. §. 22.

Th. XIII.

Sicuti autem liberi conjunctim laudemium die gesamte Lehnwahr solventes, & postea feudum inter se dividentes id singulatim amplius non solvunt, ita nec condominium conjunctim ejusdem præstationem accipientibus, sed condominium postea inter se dividentibus istud utsingulis amplius est solvendum. (a)

(a) Stryck. E. F. c. 17. qv. 32. Frantz. de Laudem,  
c. 8. n. 125.




Alt dorf, Diss., 1715



f

TA → OL nu Ashill

✓  
18



B.I.G.

FarbKarte #13



128  
B. C. D.  
COLLEGII FEVDALIS  
AD  
B. STRYCKII EXAMEN JVRIS FEVD.  
CAP. XVII.  
DISPVT. VII.  
SPECIALI <sup>DE</sup> JVRIS FEV-  
DALIS ALTERO  
RENOVATIONEM FEVDI  
ET LAVDEMII PRAESTATIONEM NVNC  
TRACTANTE  
IN ALMA NORICORVM  
P R A E S I D I O <sup>SVB</sup>  
D. HENRICI HILDEBRANDI  
CONSIL. NORIC. ET PAND. P. P.  
PLACIDAE AUDITORVM DISQVISITIONI  
PROPOSITA  
AD. XIV. CAL. SEPT. A. O. R. cIis 19ccxv.  
IOHANNE WOLFGANGO TEXTORE  
MOENO-FRANCOFVRTensi, Phil. & LL. Stud.  
ALTDORFI  
LITERIS IODOCG VVILIELMI KOHLESII, ACAD. TYPOGR.